



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1707**

Q. 183. Si quis cum bestia se miscuerit, an licitum sit bestiam mactare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42515**

morali & proximo occidendi sc̄tum animatum,  
ergo committit homicidium, non aliter ac ille,  
qui explodit in hominem à longè visum, dubitans  
an sit homo vel fera, Carden. n. 74.

¶ 8. Procurans abortum sc̄tis animati incurrit 830  
excommunicationem & irregularitatē, uti L. 7.  
dicitur: potestque videri Lugo in Resp. Mor. L. 2. q. 4.  
Quinam autem docuerint saltem probabile esse,  
quod liceat propter vitam vel famam procurare  
abortum, videri potest apud Dian. P. 6. T. 8. R. 37.  
Et apud Moyam suprà.

Q. 183. Si quis cum bestia se miscuerit, an licitum sit 831  
bestiam mactare. R. Licitum esse, ita Gobat in Exp.  
T. 2. n. 278. Ratio est, quia Judices solent mandare,  
ut bestiaz cum malefactoribus comburantur,  
nec timent mortem sc̄tis, quia rarissimè sit,  
ut pecudes ex talis semine concipient.

Q. 184. Si iniquus aggressor objiciat infantem 832  
quasi pro scuto, ut post illum tutus sit & me occidat,  
an possim infantem illum occidere, si aliter nequeam  
vix aggressoris retundere. R. Possum, ita Bonac.  
Lugo de Justit. D. 10. n. 124. Tamb. Lib. 6. c. 1. §. 1. n. 12.  
Les. de Justit. L. 2. c. 9. n. 57. & alii. Ratio est, quia  
Jus habeo vitam meam defendendi contra injustū  
aggressorē, quod Jus non amitto ex illa infantis  
interpositione, ergo per illum infantem possum  
aggressorē in justum petere: notat tamen recte  
Lugo num. 125. mortem infantis non posse directe  
intendi, nequidē ut medium occidendi transgres-  
soris, ut non licet velle occisionem infantis,  
ut Parentes cogantur urbem obsessam dedere,  
nec intendere pollutionem aut sumere medicinam  
de se causativam illius, ut sic consulas sanitati tuæ,  
talism enim directa intentio est de objecto intrinsecè  
malo, adeoque semper illicita.

Hh 4

Q. 185.